



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LIV. Markgraf Ludwig bestätigt Neustadt-Eberswalde, am 28. September  
1324.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

## LIV. Markgraf Ludwig bestätigt Neustadt-Eberswalde, am 28. September 1324. 171

Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus et dilectis Vasallis suis et . . . Consulibus in Ewerswolde gratiam suam et omnem bonitatem. Quod uniuersa vestra jura, libertates antiquas et approbatas consuetudines literas et Privilegia, quibus ab antecessoribus nostris quondam Marchionibus Brand. estis muniti et prediti, intacta et illesa servabimus in totum et in parte, quodque eadem vobis in quantum poterimus rationabiliter augmentabimus, promittimus fideliter per presentes, Super eo quandocunque requisiti fuerimus vobis patentes nostras literas concessuri. In cujus testimonium nostro sigillo munitum uestre Sinceritati transmifimus presens scriptum. Datum Berlin, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXIII<sup>o</sup>, Vigilia Sancti Michaelis.

Aus Beckmann's Abschrift.

## LV. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Kremmen, am 20. November 1324.

Ludovicus, Dei gracia Marchie et Lufacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis et subditis Consulibus et Univerlitati Burgenfium in Cremmen, gratiam suam et omne bonum. Communia vestra jura, Libertates, Proprietates, Possessiones, Dotationes et gratias, atque approbatas Consuetudines, quibus a nostris antecessoribus, Marchionibus Brandenburgensibus muniti et adornati estis ac donati, approbamus, ratificamus et presentis pagine Patrocinio solenniter confirmamus, in cujus rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Testes vero hujus rei sunt: Spectabilis Vir Dominus Guntherus, Comes de Lindow, Honoratus Vir Dominus Segerus, Prepositus Stendaliensis, nec non Hermannus de Lucho, cum aliis fide dignis. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc nostram Paginam infringere, vel ei temere contraire. Si quis vero hoc attentaverit, a nostro favore se noverit elongandum. Datum Reppin, Anno Domini MCCCXXIII, feria tertia post diem St. Elifabethe in nostra presentia.

Aus einer Copie in Beckmann's Papieren. Die Urkunde dürfte in ihrer vorliegenden Fassung schwerlich echt sein oder wenigstens in der Abschrift durch Auslassungen und falsche Lesung sehr verstümmelt sein, indem z. B. im Titel des Markgrafen statt Brandenburgensis: Marchie, in der Bezeichnung des Rathes statt dilectis: et subditis gelesen wurde.